auctoritas prelacionis vile scat et nōnūq̄ ex  
his eciam cōtingat periculū corporale. ⁊ qui  
super his seu aliquo istoꝝū decetero inuenie-  
tur culpabilis grauiter punietur.

Ne sacerdotes puiuet parrochianis suis.

i. Nhibetur sacerdotibus ne ipsi iuitēt  
parrochianos suos ad cōuiuandū in  
domibus suis. et si inuitati fuerint a parro-  
chianis suis ad conuiuandum presbiteri nō  
vadant. nisi forte cum aliquibus personis  
grauius et honestis vnde non possit scan-  
dallum suboriri. et tamen hoc rariissime fiat  
pro pluribus periculis euitandis. Item  
statuimus vt singulis annis per singulos

*Handwritten signatures and initials in cursive script, including a large initial 'S' and other flourishes.*



menses synodalia statuta singuli perlegant  
sacerdotes. Quocienscūq; aliquis sacerdo-  
tum hoc statutū seruare neglexerit per men-  
sem sequētem ad minus officiis suspēdatur  
**Sentencia gallonis.**

**I** In nomine domini. Nos gallo mise-  
ratione diuina sancte marie in por-  
titu dyaconus cardinalis et apostolice sedis  
legatus excomunicamus omnes sacerdotes  
et clericos quoscunq; qui post legitimā am-  
monitionē fornicarias vel mulieres alias de q̄-  
bus mala potest suspicio suboriri et in domi-  
bus propriis vel alibi vnde populus vel ec-  
clesia scādalisetur duxerint retinēdas. Nisi  
sint clerici qui in minoribus ordinibus legi-  
time cōtraxisse prohibentur qui cū vxoribz  
non debent ecclesiastica beneficia retinere.  
Moneātur autem ne matres vel sorores vel  
alias personas cōiunctas secum habeant cū  
quibus et si nichil seui criminis naturale fe-  
dus existimari presumant frequenter tamē  
suggerente dyabolo cum talibus noscitur  
fuisse facinus perpetratum. Prohibemus  
etiam sub eadem excommunicatiōe ne sacer-  
dotes vel clerici occasione alicuius consue-



tudinis pro baptismo sepultura benedictio  
ne alius de sacramētis ecclesiasticis aliquid  
exigere vel extorquere presumant sed ea libe  
raliter et sine difficultate studeant canonicè  
ministrare. Moneantur tamen laici diligē  
ter ne illud quod pro reuerencia sacramēto  
rum deuotio fidelium introduxit: ex auari  
cia velint aliquatenus reuocare. Item pro  
hibemus ne sacerdotes decetero vtantur ca  
pis manicatis. ⁊ ne constituti in sacris ordi  
nibus manicas cōsuticias vel sotulares ro  
stratos. vestesq; rubei coloris vel viridis co  
loris habeant distractione consimili prohi  
bemus. Decanis quoq; et archidiaconis  
ne vestes rubei vel viridis coloris habere p̄  
sumant: et similiter archidiaconis et prepo  
sitis qui habēt curam animarum ne capas  
foratas habeāt manicatas. Monachis etiā  
vt capas sumptuosas et non nigras decetero  
non vtantur sub eadem pena duximus inhi  
bendum. Inhibemus etiam omnibus tam  
monachis q̄ clericis sub excomunicationis  
vinculo ne aliquod fenus exerceant. et ne a  
liquando negociationem aliquam exerce  
ant inhonestam prohibeantur districte. vt



autem ab omnibus in tonsura et habitu in  
conuersatione honestas ecclesiastica conser-  
uetur districte precipimus vniuersis prela-  
tis sub interminatione diuini iudicii firmi-  
us iniungentes vt omnia supradicta obseruēt  
et quantū in ipsis erit faciant a suis suboi-  
tis monitione premissa per censurā ecclesia-  
sticam inuolabiliter obseruari.

Hec sunt precepta decanis facta post sp-  
nodum hyemalē . Anno domini millesimo  
ducentesimo quadragesimo quinto: et data  
eis in scriptis .

Optimis vt precepta sua synodalia  
i anteq̄ recedant corrigant secūdum  
nostra que fuerūt in synodo recita-  
ta ⁊ infra mensem faciāt eodē modo ad sua  
precepta correcta corrigi omniū p̄sbyterorū  
p̄cepta. Itē vt diligēter et sine mora inqui-  
rant qui de suis presbiteris vel personis de-  
fuerunt synodo in suppellicio et cū stola. Et  
illos qui sunt presbiteri et curati et non pres-  
biteri: et non interfuerunt in suppellicio .

Item omnes illos presbiteros ⁊ personas  
qui in synodo cum suppellicio capucium te-  
nuerunt. Super quibus si opus fuerit/



eos astringant proprio iuramēto ⁊ omnibz  
quos culpabiles inuenerint diem cōpetentē  
assignēt vt corā domino archiepiscopo ppa  
reāt cū litteris decani ab eodem archiepisco  
po punicionē recepturi. Itē precipim⁹ deca  
nis vt emēdas fideliter colligāt et sine mo  
ra nemini dando dilationē sine mādato of  
ficialis et scripturā emendaz penes se reti  
neant vt de eis possint reddere cōpotū dili  
gentē. Item vt vnusquisqz decanus maio  
res penas exigat in suo decanatu et debito  
res eaz monicione premilla ad soluendū cē  
sura ecclesiastica auctoritate nostra ppellat  
ita q̄ ipsis infra diem assignādā possint o  
stendere racionē. Nomina autem pdēnato  
rum et in quātū fuerint pdēnati tradat eis  
iohannes baiston.

n ullam causā pecuniariā nec aliā nisi  
forte ex cōuiciis teneat corā se decan⁹  
aliquis nec de sua excomunicatione emēdā  
exigat ad plus vltra quinqz solidos.

p Recipitur eisdem q̄ viriliter et fideli  
ter ptra bailliuos et vicecomites mā  
data curie exequantur: ac eciam cōtra alios  
potentes. Qui vero negligēs vel remissus



super hoc inuenietur grauiter puniet. et hoc  
eisdem precipiat decani presbiteris in suis  
capitulis.

**p** Recipiat eciam decani presbiteris ne  
de cetero sigilla sua tradant suis cleri-  
cis deferenda. et q̄ nichil sigillent donec di-  
ligenter viderint quod mandatur. nec prius  
sigillent donec mandatum quod eis iniūgi-  
tur diligenter fuerit executū. Item precipi-  
tur sub grauissima pena ne aliquis sigillet  
aliquem se excōmunicasse de mandato curie  
donec publice prius eum excōmunicauerit.  
vel nisi post sigillationem incontinenti eū  
publicauerit excōmunicatum.

**p** Recipiat eciam decani presbiteris vt  
ante statutum tempus ab ecclesia ma-  
xime pecunie interuētū nō recipiat mulieres  
ad purificationem: nisi de licencia officialis  
vel archidiaconi.

**p** Recipitur eciam presbiteris vt muli-  
eres desponsate nō recipiatur ad mis-  
sam eo die quo fuerunt desponsate: sed secū-  
da/vel tertia die.

**p** recipiant decani presbiteris q̄ dilige-  
ter singulis diebus dñicis denūcient



in suis ecclesiis secundum quod de nouo est sta-  
tutum in synodo quod per fidei datam per verba de  
futuro nullatenus audeant contrahere vo-  
lentes se carnaliter promiscere donec bana fu-  
erint completa. ne appareat aliquis contra-  
dictor.

De eodem.

e T faciant abiurare fornicatores hoc  
modo. tu iurabis quod de cetero non cognosces  
istam carnaliter. Et si pertraheres extunc habebis  
per uxorem tua. Nec de cetero in abiuratione appo-  
nat pena pecuniaria maxime inter eos qui pos-  
sunt matrimonialiter copulari. Item non recipi-  
ant decani breuiclos pro quibus faciendis: nisi  
prius eos examinent cum auctoritate. et tunc si-  
gilletur unus de breuiculis. et sub exemplo bre-  
uiculi sigillati mittatur per presbiteros: nec  
propter hoc extorqueatur pecunia per decanos. Item  
si aliquis de quatuordecim philatias suas ostenderit  
populo ad facilius extorqueendam pecuniam capiat  
et cum suis philateriis adducatur ad officiale  
et hoc districte precipimus capellanis et sa-  
cerdotibus vniuersis. Item decanis:

per recipitur ut singuli decani dent nobis  
in scriptis nomina eorum qui non resident  
in ecclesiis tam sacerdotum quam aliorum. Item



nomina ecclesiarum eorum qui non resident in  
ecclesiis suis. et eorum qui non se representaue-  
runt ad ordines quas dudum mandamus  
se sciri per litteras nostras. Item nomina  
personarum qui se non representaerunt ad or-  
dines. Item precipimus decanis ut non per-  
mittant quod aliquis capellanus firmanus habe-  
at ad firmam plusquam unam ecclesiam. Item preci-  
pimus districte ut nullus habens curam ani-  
marum in ista diocesi habeat aliam ad firmam  
nisi forte ex causa rationabili. et tunc fiat de  
licencia nostra speciali. Item decanis prohibe-  
mus expresse ne teneant ecclesias ad firmam.  
Item decanis precipimus ut antequam recedant  
dent nobis inscriptis ecclesias vacantes in su-  
is decanatus que spectant ad collationem do-  
mini archiepiscopi tam iure patronatus quam  
lapsu temporis/ vel etiam defectu personarum cum  
valore ipsarum secundum quod sciuerint. Item  
de inquisitionibus ecclesiarum conquerimur  
quod male fiunt et negligenter ab aliquibus qua-  
non bene queritur de causis sciencie. unde pre-  
cipimus quod fiant diligentius: alioquin eos  
quos in hoc culpabiles inuenerimus de cetero  
grauiter puniemus.



**P** Recipimus omnibus decanis q̄ de ce-  
tero inquirāt et in scriptū redigant  
nomina omniū presbiteroz qui in decana-  
tibus suis decident eaq; deferāt ad synodū  
recitanda. vt oremus pro eis et singuli pres-  
biteri faciāt seruiciū speciale. Hoc enī libē-  
tissime debēt facere: vt cum decesserint simi-  
liter fiat pro eis.

**S** Tatuimus vt antique pensiones qui  
prioratibus monasteriis soluebātur  
que hactenus per abbatē vel monasteriū a  
quadraginta annis ⁊ infra fuerint augmen-  
tate vel denuo impositae penitus reuocētur:  
et eas augmentari decetero prohibemus.

**S** Tatuimus vt iudices tam ordinarij  
q̄ ab ordinario delegati tēperant se et  
refrenent a generalibus excomunicacionibz  
nec in generali participātes excomunicēt ni-  
si cōmunicauerint in crimine delinquētis.

De decimis scdm̄ psuetudinē p̄onatus.

**I** Tem sacerdotes seruiētes in ecclesiis  
procurēt vt ibi sint libri necessarii et  
cōpetentia ornamēta: ita q̄ ad hec emenda  
parrochiani principaliter et vt in subsidiū  
tam presbiter q̄ persona q̄ alij qui aliquos

e. l.



percipiāt redditus in ecclesia vel decimas ad  
eam de iure p̄muni pertinētes pro modo si-  
tarum porcionū si opus fuerit soluere p̄pel-  
lantur.

**p** Prohibemus etiā ne sacerdotes excōi-  
cent in generali nisi pro furtis & de-  
perditis in eadem parrochia trina monitio-  
ne p̄missa vel vocatione.

**n** nullus sacerdos cōfirmare/aut cōsecre-  
re virgines p̄sumat. Solius archie-  
piscopi est p̄firmare/virgines consecrare/ec-  
clesias dedicare/et ordines dare.

**De partu mulierum.**

**m** Ortue in partu scindātur si infās cre-  
datur viuere tamen si bene cōstituerit  
de morte earū. Et caueatur quibz modis po-  
test fieri ne infans excidatur: sed os mortue  
teneatur apertū. Sacerdos audito parro-  
chianoꝝ suoꝝ obitu statim absoluat eos cū  
psalmis pro defunctis et collecta.

**e** Fortenē populū sepe p̄sbyteri ad di-  
cēdū dñicā orationē et credo ī deū. & sa-  
lutationē beate marie virgīs. Moneāt sepe  
populū et maxime mulieres ne faciāt vota  
sua nisi cū magna deliberatiōe et assensu vi-



rozū et cōcilio sacerdotū. Frequēter mone-  
antur laici vt non retineāt decimas quas ī  
periculū animarū suarū retinēt. Nullus si-  
bi clericus potest retinere decimas in heredi-  
tario possessas: sed auctoritate archiepisco-  
pi fructus possūt clerici percipere. ita tamē q̄  
sepe laborēt ad hoc q̄ ad eccliam reuertant̄.

**p** Prohibeāt per excoicationē sepe p̄bri  
ne carnifices pmittāt iudeos laniare  
carnes suas: nisi totū retineāt iudei. Itē pre-  
cipit̄ p̄bris vt quotiēs dubiū erit quādo ali-  
qua ieiunia vel processiones īstitute fieri debēt  
sicut in festo scti marci recurrāt ad decanū  
loci et sine eius p̄cilio ea facere nō presumāt  
Itē p̄cipit̄ p̄bris ne recipiāt capellanos sine  
licēcia archiep̄i. officialis vel archidiaconi.

**p** Resbiteri parrochianos suos solēni-  
ter penitētes faciāt venire in capite ie-  
iuniū ad cathedralem ecclesiam vt per archie-  
piscopū solenniter ab ecclesia eiiciantur. Et  
similiter ī die iouis proxima ante pascha p̄  
archiepiscopum ecclesie reconcilientur. Pre-  
sbiteri parrochianos suos moneant et fre-  
quenter in ecclesiis suis denūciāt q̄ omnes  
patresfamilias ⁊ eciam oēs matresfamilias



ad confessiones veniāt ante pascha floridū.  
Et qui in hoc negligētes fuerint ī penā post  
octabas pasche ad confessionē admittātur.  
sed vsq; ad illud tēpus a carnibz ieiunabūt  
sicut in quadzagesima.

**p** Resbiteri iniūgant parrochianis su-  
is confitentibus q̄ omnia ablata an-  
teq̄ aliquod testamētū vel legatum faciant  
plene restituant.

Anno domini milesimo ducentesimo se-  
ptuagesimo septimo facta fuerunt ista pre-  
cepta a domio et patre nostro odone archie-  
piscopo rothomagensi.

**p** Recipitur decanis ne aliquis eorū si-  
gillet aliquē se excōmunicasse de man-  
dato curie nostre donec publice eū excōmu-  
nicauerit. vel nisi post sigillationem incōti-  
nenti eū publicauerit excōmunicatū. et hoc  
idē precipiat a decanis presbiteris ī kalēdis

**p** Recipitur vt statim secūda monitiōe  
sigillata : sigillum suū a litteris non  
amoueat eciam si monitus millesies debi-  
tum offerret et satisfaceret creditori. Item  
nullus contradicat sigillare secundā moni-  
tionē monito p̄tradicēte nisi monit⁹ statim



fatiffaciat creditori i prefetia decani seu pre  
sbiteri ad que mandatū dirigitur. Itē secū  
da monitione sigillata nō admittatur secū  
do monitus et ob hoc excōmunicatus ad ec  
clesiā. nec ad sacramenta: nec aliqua iura ec  
clesiastica ei administrentur. nisi prius abso  
lutionem suā a curia reportauerit. Itē nul  
lus litterā curie retineat sed statim cōpleto  
mādato portatori litterarū restituat sub pe  
na vnius marce argenti. Itē nullus pre tex  
tu absēcie eius qui citādus est vel monēdus  
se excuset: sed fiat citacio ad domiciliū eius.  
dem. dū tamē ibidem habeat familiā. Itē  
vt nullus decanus vel presbiter tradat sigil  
lū suo clerico vel alii pro litteris sigillādis:  
nisi decano vel presbitero presente: vt peri  
cula que exinde possent accedere euitētur.

**a** Anno domini millesimo ducētesimo  
septuagesimo nono die iouis ante a  
scensionē domini apud pontēaudomarē fu  
erunt salubriter ordinata in prouinciali cōci  
lio per reuerendū patrē dominū guillelmū  
dei gracia archiepiscopū rothomagensē et  
eius suffraganeos de totius cōcili prouidē  
cia vnanimi et pcorde que inferius ptinent  
e. iii.



**v** **Olentes presbiterorū et clericorū excō-**  
**municatorū insolēciā coartare sacris**  
**canonibus inherendo statuimus q̄ presbi-**  
**teri et clerici beneficiati q̄ diu auctoritate or-**  
**dinariorū suorū iuste excōmunicati fuerint**  
**non percipiāt beneficiorū suorū stipēdia si-**  
**ue fructus. ⁊ recuperādi eosdē fructus spem**  
**totaliter amittāt. nisi q̄ citius p̄mode potu-**  
**erint. qđ ordinariorū suorū arbitrio duxim⁹**  
**relinquēdū procurauerint se absolui. Et nisi**  
**ordinariū eorū ipsis supradictis fructibz gra-**  
**tiam fecerint specialē. Si vero per annū di-**  
**ctam excōmunicationis sentēciā animo sustinue-**  
**rint indurato procedatur acrius contra ip-**  
**sos per beneficiorū suorū priuationē et ali-**  
**as iuxta canonicas sanctiones.**

**i** **Tēp̄m voluimus et ordinauim⁹ q̄ pres-**  
**biteri ordinati capellas vel parrochi-**  
**ales ecclesias obtinētes qui missas non cele-**  
**brāt vt deberēt ipsas celebrare sine causa ra-**  
**tionabili diutius negligētes canonicē mo-**  
**neantur. vt missas celebrēt prout p̄uenit in**  
**fra tēpus a suis ordinariis prefigendū. Ali-**  
**oquī contra ipsos per subtractionē fructuū**  
**beneficiorū suorū prout iustum fuerit pro-**



cedatur adicientes q̄ postq̄ super hoc moni-  
ti fuerint si eidē monitioni nō acquieuerit  
pro non residentibus habeantur.

**v** **Q**uoniam etiam ordinamus q̄ statuta  
predicti concilii bituricensis edita cō-  
tra impediētes iurisdictionē ecclesiasticā. et  
qui ecclesiasticā impediūt vel minuūt liber-  
tatē vel colligationē statuta prohibitiones  
vel bāna: vel quecunq; alia molumēta faci-  
unt contra ipsam singulis mensib; in par-  
rochialibus ecclesiis dū maior aderit popu-  
li multitudo die dominico vel festiuo et in  
singulis synodis bene et intelligibiliter pu-  
blicētur. necnō et cōstitutionēs cōcilii lugdō q̄  
contra ipsos edite sunt cōtra usurarios ma-  
nifestos precipiētes districte q̄ quilibet par-  
rochialis sacerdos seu presbiter transcrip-  
ptum habeat dictarum constitutionum vt  
animarum saluti p̄uideatur salubrius **A**di-  
cimus vt penitentiariis et confessoribus ro-  
thomagensis prouincie suggeratur vt om-  
nes sibi confitentes diligenter interrogent  
an in penam inciderint alicuius supradicta-  
rum constitutionum. et vt exponant sibi  
e. iiii.



penas et pericula earūde ipsos ad suos ordi-  
narios remittētes: si contra constitutiones  
predictas ipsos repererint deliquisse cū per  
iplos penitenciaros vel cōfessores absolui  
nequeant in hoc casu.

**S** Tatuumus et insuper ordinauim⁹ q̄  
excōmunicati a canone propter vio-  
lentā manuū iniectiōē in clericū cū de hoc  
legitime constiterit per parrochiales presbi-  
teros ad mādatū ordinariorū suorū excōmu-  
nicati publice nūcientur. et tanq̄ excōmu-  
nicati acrius ab omnibus euitentur. Et nisi i-  
fra terminū cōpetētem a suo ordinario pre-  
figendū post denūciationē huiusmodi pec-  
tauerint se absolui/vel iter arripuerint ad se-  
dem apostolicā vel legatū ipsius pro huius-  
modi absolutione procurāda iusticiari mā-  
dentur sicut in aliis excōmunicatis p suos  
ordinarios in rothomageū prouicia est ha-  
ctenus consuetū.

**P** Beterea precipimus vt secūdū statu-  
ta generalis concilii quilibet christi-  
anus ad minus annis singulis semel cōfite-  
atur proprio sacerdoti. vel alii potestātē ha-  
benti confessionē eius audiendi: et peniten-



tiam salutarē iniūgendi. + q̄ viaticū recipi  
ant in pascha: nisi rationabili causa sublit  
quare a recipiendo viatico debeat abstinere  
Alioquī cōtra talē suspectū de heresi proce-  
datur. addiciētes q̄ nomina taliū per suos  
presbiteros ordinariis insinuetur eorū.

a **D** hoc districtius duximus iniūgen-  
dū q̄ statuta alia edita in prouinciali-  
bus conciliis predecessorū nostrorū obseruē-  
tur. et q̄ locorū ordinarii super hoc curā ad-  
hibeāt efficacē. et q̄ ipsa faciāt annis singu-  
lis in suis synodis solēniter publicari.

r **E**nouantes statuta cōciliū volumus +  
hoc placet sancto concilio q̄ circa pro-  
curaciones ratione visitationis debitas ac-  
cipiendas ab archiep̄is et episcopis et circa  
grauamina inferenda pre textu officiorum  
suorū seruetur quod statutū est in consilio  
lugd. Volumus q̄ statuta cōciliū generalis  
contra eos qui faciūt colligationes et statu-  
ta contra libertates ecclesie edita frequentez  
et solēniter in synodis + parrochialibus ec-  
clesiis promulgentur. Et transgressores ca-  
nonice puniantur.

s **T**atuimus q̄ seculares potestates cle-



ricos capientes cū maiori violētia q̄ exigit  
rebellio defendētis. vel detinentes eos vltra  
vel contra requisitionē iudicis ecclesiastici  
denūciētur excomunicati a canone in gene-  
rali: et in speciali postq̄ constiterit euidenter  
**D**istrictius inhihemus ne de causis ad eccle-  
siā pertinētibus a personis ecclesiasticis iu-  
dex secularis maxime super p̄sonalibz actio-  
nibus adhibeatur.

**s** Tatuimus vt abbates & priores & alie  
persone ecclesiastice que percipiūt ma-  
iores decimas in ecclesiis parochialibus cō-  
pellantur ad restaurandū fabricā libros & or-  
namenta pro retēta quā percipiūt in eisdē.

**v** Olumus q̄ statutū synodale synōis  
q̄ persone ecclesiastice ad quas veniūt  
diuersa mandata diuersorū iudicū: delega-  
torum/conservatorū/ seu excomunicatorū di-  
ligenter videant nomina iudicū d̄pocesis &  
locozum ad que citant. et ipsa auctentica fir-  
miter obseruentur. et non citent nisi videāt  
auctēticum vel transcriptum sub sigillo au-  
ctentico.

**i** Inhihemus ne aliqui christiani seu ali-  
que christiane iudeis seruire in hospi-



ciis suis. seu cū ipsis habitare p̄sumāt. Et  
precipimus q̄ signa patentia deferre cogan-  
tur: per que a catholicis discernentur.

**f** Irmiter inhibemus ne vigilie et cho-  
ree in cymiteriis ⁊ sacris locis fiāt pre-  
cipientes q̄ transgressores canonice puniā-  
tur.

**m** Onentur solenniter in ecclesiis ma-  
xime nō vxorati congruentē deferre  
tonsurā. cruce signati vero crucē in aperto  
deferre cogantur. De sellis, calcaribus, pe-  
ctoralibus deauratis ⁊ aliā superfluitatē ha-  
bentibus quibus clerico vti prohibitū est. ⁊  
de clausis desuper indumētis a sacerdotibz  
deferendis volumus obseruari statutum cō-  
cili generalis.

**p** Prohibemus ne clerici beneficiati seu  
in sacris ordinibz cōstituti venationi-  
bus aut aucupijs sint intēti vel assueti.

**s** Tatuimus vt in abbatibus vel priora-  
tibus in quibus facultates non sunt  
diminute reintegretur numerus persona-  
rum religiosarū: nisi forsam ex superioris  
expressa licēcia et ex causa rationabili susti-  
neatur ad tempus.



**h** De quoda iure statutū est q̄ monachus solus cōmoretur obsecuari volumus et mandamus. Moneant̄ monachi cōmorantes in prioratibus nō couentualibus cū cōminatione suspensionis et excommunicationis. Et prout expediēs visū fuerit inducātur vt statuta gregozii pape quātū ad esū carniū confessiones et ieiunia studeant obseruare.

**s** Statuimus q̄ regulares non morent̄ cum secularibus: nisi per dyocesani licentiā. Statutū factū de non contrahēdo ad religionem ultra certā quātitatē nisi de licencia sui abbatis firmiter obseruetur.

**p** Prohibemus q̄ rurales decani exercētes iurisdictionē non suspendant vel excoīcēt nisi in scriptis.

**p** Recipimus q̄ sacerdotes nō desistāt a denūciatiōe excoīmunicationis quā tuncūq; partes pacificentur iter se: nisi conuenerit de excoīcatoꝝ absolute. Volum⁹ etiā q̄ absolutio fiat cū debita solemnitate.

**i** Prohibemus sacerdotibz ne presumāt excoīcare ī generali: nisi p̄ furtis vel depditis. et p̄petēti monitione premissa.



**S** Tatuimus vt capellani quibus eccle-  
sie cōmittuntur super litteratura cō-  
uersatione et ordinatione sua diligenter ex-  
aminentur. Postmodū legi fecimus ea que  
inferius scribūtur.

**P** Lacuit sancto ꝑcilio promulgare q̄ti-  
nus in singulis parrochialibus eccle-  
siis et locis publicis moneantur diebus dñi-  
cis et festiuis a se distantibus ter clerici non  
b̄rozati et eciā b̄rozati. vt a secularibz ne-  
gociis abstineāt et maxime inhonestis. q̄qz  
deferant tonsuram ⁊ habitum clericalē con-  
gruētē aīoquim si ab huiusmodi tercio mo-  
niti nō respuerint nō cōiugatos dū his se ī-  
plicuerint quominus de suis facultatibz sta-  
tutis et cōdicionibz patrie subiaceāt ecclesia  
nō defendet. In cōiugatis autem equanimi-  
ter tolerabit ab his iusticias debitas. Et do-  
mini seculares vt ab aliis b̄rozatis exigant  
seruicia consueta.

**P** Recipimus eciā vt per singulas eccle-  
sias moneātur clerici cruce signati ne  
litteras apostolice sedis seu aliis quocunqz  
modo aliquatenus abutantur scientes q̄ so-  
licitudine qua cōuenit contra eos vigilabi-



mus. ut excessus eorum non remaneant impuniti. Denique si post premissas monitiones clerici in apostasia consue vel habitus clericalis permanserint et seuis enormitatibus se emiscuerint et contingat quod pro suis excessibus a iudicibus secularibus in criminibus fuerint comprehensi: non precipimus eos per cesuram ecclesiasticam liberari.

**De clericis non deferentibus tonsuram.**

**S** Tatuumus etiam de clericis non deferentibus tonsuram quod ipsi moneantur in synodo et ecclesiis cathedralibus et parochialibus a decanis ruralibus in suis kalendis ut ipsi tonsuram et habitum deferant clericis congruentem. Alioquin si post trinam ammonitionem per intervalla debita factam eisdem supradictis in delictis enormibus fuerint deprehensi per iusticiam laicalem: non defendentur quo ad hoc quominus a iusticia clericali puniantur.

**De sacerdotibus excommunicatis.**

**I**tem de sacerdotibus excommunicatis propter defectum solutionis decime ut ipsi infra ascensionem domini instantem procurent se absolui: et secum dispensari super irregularitate si quam occasione predicta incurrerint. Alioquin



prelati ipsorum punient ipsos grauius etiam per beneficiorum suorum priuationem si viderint expedire.

**S** Tatuius etiam quod canonici regulares qui ad curam animarum a suis patronis episcopis presentantur non recipiantur ad eas nisi per inquisitionem prehabita constiterit eos esse bone vite, honeste conuersationis, bonis imbutos moribus, et etiam de sufficienti sciencia eorum ac natalibus eorumdem. et quod eorum prelati postquam ipsi ab eis recepti fuerint ad curas animarum eos sine licencia episcoporum ab eis non valeant amouere et quod nisi sufficientes personas infra quadraginta dies a tempore vacationis ecclesiarum presentauerint, per episcopos ecclesiis vacantibus provideatur ponendo ibi presbiteros seculares, si sibi videatur expedire.

His autem ita factis concilioque concorditer celebrato recessimus dicendo in viam pacis et quasdam orationes multum competentes.

**C**um parum proficiat tunc conditi in ciuitatibus si non extiterint que edita regere valeant et tueri. Nec solum magistri militum



constat officiū in disciplina per ipsam offi-  
cium imponēda: sed in ea prout opportunū  
fuerit obseruāda. Precipimus vt quicūq;  
iudices ecclesiastici ab absolutiōis vel rela-  
xationis cuiuslibet excōmunicatiōis suspē-  
sionis vel interdicti sententiis beneficiū i-  
pendendū nichil metu ꝑpulerint per dyoce-  
sanos locorum iuxta lugdō statuta cōciliū ex-  
cōmunicati publice nūcientur.

**C** Vm falcē propriā nulli in messem li-  
ceat mittere alienā de iusticiariis lap-  
cis seu aliis solam iurisdictionē tēporalē ha-  
bentibus qui in actionibus mere personali-  
bus ecclesiasticas corā se psonas litigare cō-  
pellunt et contra canonicas sanctiones. hu-  
iusmodi prouisione cōciliū duximus statuē-  
dum qꝫ licet eedem persone ecclesiastice non  
solū coram eisdē iusticiariis litigare: sed eci-  
am ad ipos venire de causis huiusmodi mi-  
nime teneantur. Si tamē venerint et allega-  
to fori priuilegio coram ipsis idem iusticia-  
rii cōpulsioni nichillominus insisterint su-  
pradicte eo ipso excōmunicatiōis quā in ip-  
os proferimus incurrāt sententiam que cir-  
ca ipsos nullatenus relaxetur. nisi legis hu-



iusmodi de dāpnis expensis et interesse prius per ipsos iusticiarios fuerit integre satisfactū eorū processibus atq; sentenciis habitis ī huiusmodi q̄stiōibus et probatis nichil omnino roboris habituris. Ad hec si quis iurisdictionē tēporalem exercens de excōicationis suspensionis vel interdicti sentēciis videlicet an iuste late fuerint aut aliis mere ecclesiasticis seu spiritualibus causis decisionem seu cognitionē presumpserit usurpare per dpoceanos auctoritate presentis scilicet desistere moneatur et nisi cōpetenter monitus duxerit desistendū: ad hoc per censurā ecclesiasticam cōpellatur.

**De inmunitate ecclesiarū .**

§ Anguilluge sitibūda progenies ac radix omniū malorū cupiditas semper vociferās affer affer moliri nō desinit q̄ admodū per exquisitas astucias et calidiora media ardori proprio licet inextinguibili lucri tēporalis quēq; illicite poscula submīstret. Ex hac autē semper sitiēti radice processisse cognouimus q̄ cū sedes apostolica excōicationis sentēcia monuerit noua constituētes pedagia et olīm produxerit promulgādā

f. i.



ipsam annis singulis in certis festiuitatibus  
solenniter inouando non nulli filii proprie cu-  
piditatis viciu colorare nitentes non noua  
ut asserunt constituentes pedagagia antiqua ad  
clericos et ipsorum res quas non ratione mez-  
cature per terram vel aquam deferri faciunt pro-  
rogant et extendunt in illusionem memorate sen-  
tentie: et preiudiciu libertatis ecclesiastice ma-  
nifestu. Nos itaque ipsorum fraudibus obuiare  
volentes. et tam presumpte caliditatis astuciam  
pena debita castigare nisi infra duos menses  
a tempore solennis publicationis constitutio-  
nis huius facte in ciuitatibus et dyocesisibus  
in quibus persistunt ipsa pedagagia numerandos  
ab his in totum destiterint excommunicationis  
sentencie quam ex nunc in ipsos proferimus  
extunc subiaceant ipso facto. Cum iure cano-  
nico caueatur quod quidam de cetero seruari fece-  
runt statuta edita et consuetudines introdu-  
ctas contra ecclesie libertatem statuimus quod sta-  
tuarii et scriptores statuariorum nec non pote-  
states. consules. rectores. et consiliarum loco-  
rum ubi huiusmodi statuta et consuetudi-  
nes de cetero edita fuerint vel seruata. nec non



et illi qui secundum ea iudicare presumpserint. vel in formam publicam scribere iudicata excommunicationis sentencie debeant subiacere. Non nulli proprie salutis obliti et sue verecundie non parcentes iuris sententiam verborum amplexu non sine fraude circumvenire nituntur. non statuta ut asserunt banna tamen faciunt proclamari. precepta ac prohibitiones inducunt. quod non est dubium in libertatis ecclesiastice preiudicium reducere. Nos itaque fraudibus malignorum quas circa hoc adhibitas fuisse cognovimus obviare volentes statuimus. ut qui contra ecclesie libertatem banna/ prohibitiones/ siue precepta scienter fecerint. aut fieri procuraverint. seu facientibus aliquod consilium vel opem duxerint adhibendum ipsa. Postquam per locorum ordinarios super hoc fuerint requisiti. absque cuiuslibet difficultatis obstaculo aliquo indilate revovent. seu faciant reuocari. ad consilia nequaquam de cetero processuri. Alioquin censura simili sint abstricti. Quicumque vero contra ecclesiasticas consuetudines antiquas rationabiles

f. ii.



et probatas. ⁊ hactenus pacifice obseruatas  
statuta/bāna/prohibitioēs/aut pzecepta sciē  
ter fecerint aut fieri procurauerint. siue iā  
facta seruauerint aut seruari fecerit: seu fa-  
cientibus vel seruātibus in hoc cōsiliū pze-  
stitierint: per dyocesanos locoꝝ presentis au-  
ctoritate cōcilii moneātur vt infra mensē a  
tēpore monitionis huiusmodi numerandū  
statuta debeāt banna prohibitiones et pzece-  
pta reuocent. nūq̄ ad cōsilia ulterius proces-  
suri. Alioquin excōmunicationis sentēcia  
quam in ipsos extunc proferimus sint liga-  
ti. Quorūdā insolercias peruersorum qui  
dominū iesū christū verbis tātū modo pfi-  
tentes nec deum timere nec homines reuere-  
ri pro suoꝝ atrocitate factorū manifestissi-  
me cōmitūtur in tantā accepimus temerita-  
tis insaniā prorupisse q̄ confugientes ad ec-  
clesiarū tutelā cōtra iuris vtriusq; statuta  
ecclesiasticam libertatē ibidē vulnerant/mu-  
tilant/interficiūt/vel intēdūt ac inde extra-  
hunt violenter extractos vulnerare seu mu-  
tilare presumūt. nō nūq̄ ipsis vltimū sup-  
pliciū inferentes. aut ista fieri precipiūt vel  
procurant seu consilium vel opem in tātis



sceleribus perpetrādis . Nos itaq; quos ze-  
lus comedit domus dei sacrilegioꝝ excessus  
detestabiles et horrendos quos non solū e-  
uidencia rei docet inhumaniter excreuisse :  
sed ioleuisse p̄sūpcioē dānabili. Recēs itaq;  
perteritoꝝ memoria comprobat et declarat  
castigatiōe canonica cohibere volētes p̄sen-  
tis approbatiōe ꝑciliū duxim⁹ statuēdū q̄ ta-  
liter delinquētes excōis sētēcie quā in ipsos  
proferim⁹ iubiaceāt ipso facto. quā quidē sē-  
tenciā locoꝝ ordinarii ipsius auctoritate cō-  
ciliū solēnter in subiectis sibi ecclesiis denū-  
ciari faciāt: et vsq; ad satisfactiōē cōdignā  
iuiolabiliter obseruari . Eisdē nichilomin⁹  
mutilatoribus ⁊ interfectoꝝ nec nō et his  
qui huiusmodi mutilatiōes ⁊ homicidia fi-  
eri precipiūt vel procurāt: aut faciētibus cō-  
ciliū vel opē impēdūt . Feoda et bñficia si q̄  
ab ecclis taliter violatis obtinēt eo ipso ꝑ-  
tin⁹ sint amissuri : q̄ ad ecclia a qua illa obti-  
nere noscūtur libere reuertātur . Filii etiā e-  
orū dē nō solū nichil obtineāt de ꝑdictis: sed  
ad bñficia ecclesiastica de cetero alleq̄nda eo  
ipso reddātur prorsus inhabiles ⁊ indigni.

Cum nō nulli tꝑale dñiū obtinētes seu

l. iii.



secularis iudiciarie potestatis gerentes officiū iurisdictionē sante matris ecclesie subuere vel minuere exquisitis astuciis moliantur. Nos eorū malicias vltione canonica reprimētes statuimus inhibētes ne quis ī foro ecclesiastico litigātes seu litigare volētes super causis mere ecclesiasticis siue q̄ ad forū ecclesiasticū de antiqua & approbata p̄suetudine et hactenus pacifice obseruata obtinere noscūtur ad desistendū p̄pellat per ipsorū vel parētū aut consanguineorū siue rerū eorū vel personarū huiusmodi captione modis ve aliis quibuscūq;. Si vero quis contra venire presumpserit: excōis sentēcie presētis auctoritate cōciliū se nouerit subiaceere.

#### De penis.

**C** Om̄ iuris vtilitas tot & tantis irrigata vigilis sufficiēter nequeat p̄sperari si processus ministrozū iusticie contigat ī iquozū machinatiōibus īpediri vt illozū audaciā quos amor diuin⁹ a malo nō reuocat saltē rigor ecclesie coherceat discipline sacri p̄uisione cōciliū duximus statuēdū q̄ si quis cuiuscūq; dignitatis aut cōdicionis existat nūcios aut excecutores ecclesiasticorū iudiciū



aut alias litteras eorūdem occultare carceri  
mācipare mutilare aut qđ grauius est cēsen  
dū interficere. litteras vel acta p̄dicta perso  
nis mācipatis auferre seu ea rūpere vel can  
cellare. aut alias detinere quoquo modo vel  
si ablata p̄sūpserit aut vt ista fiāt p̄curaue  
rit vel faciētibz p̄siliū vel opē duxerit adhi  
bendū excōis sentēcie quā extūc in eo profe  
rimus subiaceat ipso facto. a qua nisi prius  
tā iudici cui⁹ auctoritatē p̄tēpserit q̄ passo ī  
iuriā et ceteris quorū intererit p̄ut excessus  
postulabit atrocitas satisfaciat p̄petentē nul  
laten⁹ abioluat. Ad quorū mēoriā ī p̄petuū  
obseruādū et p̄missorū testimoniū sigillū  
nostrū p̄ntibz duximus apponēdū. Datū ī  
eodē p̄cilio Anno dñi. M cc. lxxvi. Romana  
ecclesia vacāte. De his q̄ vī met⁹ de cā fiūt.

a Absolutionis bñficiū ab excōis sentē  
cia vel quacūqz reuocaciōe ipsius aut  
suspēsiōis seu etiā interditi vel per vī + me  
tū extorta p̄ntis p̄stitutiōis auctoritate iuri  
bz oīno vacuam⁹. Ne aut sine vīdicta violē  
cia crescat audacia eos q̄ absolutionē siue re  
uocacionē h⁹ vī vel metu extorserit: excōi de  
creuim⁹ subiacere. De imunitate eccle.

f. iiii.



**O** Ecce domū dñi scitudo. decet vt cui⁹  
i pace fecus est locus ei⁹ sit cult⁹ cū de-  
bita veneratiōe pacific⁹. Sit itaqz ad ecclias  
hūilis ⁊ deuot⁹ ingressus. sit i eis q̄eta puer-  
satio. deo grata. inspiciētibz placida. q̄ p̄side-  
rātes nō solū instruat: sed etiā respiciat. Cō-  
ueniētes ibidē nomē illud qd̄ est sup omē no-  
men aliud a quo sub celo nō est datū hoībus  
i quo saluos fieri credētes oportet videlicet  
iesu xp̄i q̄ saluū faciet populū suū a pctis eo-  
rū exhibitiōe reuerēcie spūalis attolāt. ⁊ qd̄  
gñaliter scribit̄ vt in noīe iesu omē genu fle-  
ctat̄ singulis singulariter i seipsis iplētes:  
p̄cipue dū agūtur missaz sacra mīsteria glo-  
riosū illud nomē quicūqz recolūt flectāt ge-  
nua cordis sui. qd̄ capitis iclinatiōe testant̄  
Attēdan̄ i locis ipsīs itētis precordiis sacra  
solēnia: deuotis animis ⁊ oronibz. De eodē  
n̄ ullus i locis eisdē i q̄bus cū pace ac q̄e-  
te vota puenit celebrari sedicionē exci-  
tet/ p̄clamationē moueat/ i petū ve p̄nitat.  
Cessēt i locis vniuersitatū et societātū q̄rū-  
libet p̄cilia p̄tētiōes/ ⁊ publica plamēta. Ces-  
sēt vana ⁊ mltto forci⁹ feda ⁊ p̄phana colloq̄a  
Cessēt p̄fabulaciōes q̄cūque sint. Postremo



quocumque alia quam diuinum perturbare possunt officium: aut oculos diuine maiestatis offendere ab ipsis proorsus extranea. ne ubi est peccatorum benignitas postulanda. ibi deest peccandi occasio. aut deprehendat peccata committi. Essent in ecclesiis et cimiteriis negociationes et precipue nudinae. ac cuiuslibet fori tumultus. Quis in eis iudiciorum secularium strepitus requiescat. Nullus ubi causa per laicos criminales maxime agitur. sit loca eadem a laicorum cognitionibus aliena. Ordinarii locorum hoc faciunt obseruari. Suadentibus suadeant huiusmodi quod canonis auctoritate respiciant ad hec alios in ecclesiis ipsis magis assiduos et ad premissa prodones reputando. Et nichilo omnino careant robore firmitatis. Qui vero premissas inhibitiones animo petulanti contempserit propter processum ordinarioz et deputadoz ab ipsis et diuine ultionis et nostre poterunt acrimoniam formidare: donec suum confessi reatum a sibi de liberauerit abstinere. **De usuris.**

Usurarum voragine quam animas deuorat et facultates exhaurit respicere cupientes constitutionem lateranensem proculi contra usurarios editam sub diuina interminatione precipimus obseruari. Et quod quo magis feneratoribus aderit feneratorum



do comoditas: eo min<sup>9</sup> adiuuet fenus exercē  
di libertas . ac gñali pstitutiōe statuim<sup>9</sup> vt  
nec colegiū nec alia vniuersitas vel singla-  
ris psoa cuiuscūq; dignitatis pdiciōis aut  
stat<sup>9</sup> alienigenas ⁊ alios oriūdos nō de tris  
ipsoꝝ publice pecuniā fenebrē exercētes aut  
exercere volētes ad hoc domos ī terris suis  
cōducere vel pductā habere aut alias hitare  
pmitat . sed huiusmodi vsurarios manife-  
stos oēs īfra tres mēses de terris suis expel-  
lāt: nūq̄ tales de cetero admissuri. Nemo il-  
lis ad fen<sup>9</sup> exercēdū domos locet: aut sub a-  
lio titulo quocūq; pcedat. Qui vero ptrari-  
um fecerit: si psone eccl<sup>a</sup>stice fuerit p̄iarche  
episcopi/archiep̄i/suspēdim<sup>9</sup>. Minores vero  
psone singlares excoīcam<sup>9</sup>. colegiū aut seu  
alia vniuersitas īterdicti sētēciā ipso facto  
se nouerit icursuros. quā si p mēse aīo susti-  
nerit idurato tre ipsoꝝ q̄ diu idē vsurarii  
ī eis p̄morātur extūc eccl<sup>a</sup>stico subiaccāt ī-  
terdicto. Ceterū si laici fuerit p suos ordina-  
rios ab huiusmodi excessu oī priuilegio ces-  
sate p cēsura eccl<sup>a</sup>sticā p̄pescantur.

q̄ uēq̄ vsurarii manifesti de vsuris q̄s  
recepērūt satisfieri expressa quātitate



in vltia volūate mādauerit: nichilo<sup>9</sup> tū eis  
sepultra eccliaſtica deneget̃ donec vel de vlu  
ris ſuis fuerit put patiūtur facultates eoz  
plenarie ſatiffactū. vel illis ē faciēda reſtitu  
tio ſi p̃ſto ſit ipi aut filii ſui q̃ eis poſſint ac  
q̃rē vel eis abſētibz loci ordinario vel ei<sup>9</sup> vi  
ces gerēti. ſiue rectori prochie i q̃ hitāt corā  
aliq̃bz fide dignis de parrochia q̃buſq̃dē or  
dinario vel rectori p̃dicto mō h<sup>9</sup> modi cauci  
onē noīe eozliceat p̃ntis p̃ſtitucōis auc̃te re  
cipe ita q̃ illis p̃uide acq̃rat̃ aut ſeruo publi  
co de ipſi<sup>9</sup> ordinariū mādato p̃donec de reſti  
tucōe faciēda ſit cautū. Et ex ſi receptaz v  
ſuraz quātitas manifeſta illā ſemp̃ i caucio  
ne p̃dicta exprimi voluim<sup>9</sup>. alioq̃n aliā reci  
piētes caucionē arbito moderādā ipſe tñ ſci  
entē nō miorē q̃ viliſt̃ credit̃ moderet̃. Et ſi  
ſecus fecerit ad ſatiffactionē reſidui teneat̃.  
Oēs religioſos alios q̃ manifeſtos vſurari  
os ad eccliaſticā auſi fuerit admittere ſepul  
turā: pene i laſaſn p̃culo p̃travſurarios p̃mit  
gate ſtatuum<sup>9</sup> ſubiace. Null<sup>9</sup> manifeſtoz vſu  
rarioz teſtamētis inter ſit aut eos ad p̃feſſio  
nē admittat vel ipos abſoluat niſi de vſuris  
ſatiffecerit vel de ſatiffaciēdo p̃ ſuarz vitibz



facultatū prestiterit vt permittitur pdoneā  
caucionē Testamēta quoq; manifesta aliter  
nō valeāt: sed sint irrita iplo iure.

**De sentēcia excomunicationis.**

**Q** uicūq; pro eo q; i reges/principes/bazo  
nes/nobiles/bailliuos/vel quo slibet  
ministros eoz aut quoscūq; alios excōis/su  
spensionis/seu eciā iterdicti sentēcia pmul  
gata licēciā alicui dederit occidēdi/capiendi  
seu alias in psonis seu in bonis suis. vel su  
orū grauādi eos qui tales sentēcias protule  
runt siue quoz sūt occasione plate. vel eaf  
dem sentēcias obseruātes. seu taliter excōica  
tis pmunicare volētes. nisi licēciā ipsā re i  
tegra reuocauerint. vel si ad bonoz captio  
nem occasione ipsius licēcie processū erit ni  
si bona ipsa fuerint infra octo dierū spaciū  
restituta aut satisfactio p ipis ipēsa: i excōis  
sentenciā incidant ipso facto. Eadē quoq;  
sentēcia sint inodati oēs q; ausi fuerit pdicta  
licēcia data vti vel aliqd pmissoz ad q; pmi  
tenda licenciā dari prohibemus alias cōmi  
tere suo motu. Qui autē permāserint in ea  
dē sentēcia duoz mensiū spacio: extūc ab ea  
nō possint/ nisi per sedē aplicā absolutionē



obtinere. Datū lugdō quarto kalendō nouem  
bris. Pontificatus nostri anno tercio.

o fficialis rothomagēsis vniuersis de  
canis/ ecclesiarū rectoribus/ et presbi-  
teris in ciuitate et dyocesi rothomagēsi ad  
quē presentes littere peruenerint Salutem  
in domino. Cū omnes iurisdictionis ecclesi-  
astice perturbatores sint excoīcati auctozita-  
te cōciliū per reuerendū patrē dñm symonē  
sancte cecilie presbiterū cardinalem aposto-  
lice sedis legatū bitur̄ celebrati ⁊ prout intel-  
leximus nōnulli bailliui et vicecomites ⁊ a-  
lii ministri iusticie laicalis. et seculares alie  
potestates rothomagensis dyocesis inhibu-  
erint et in suis assisiis inhiberi fecerit ne la-  
pcus lapcū trahat coram ecclesiastico iudice  
vel litteras recognitozis seu alias curie eccle-  
siastici iudicis a lapco recipiat. vel lapcus a-  
lii lapco tribuat vel concedat. quod si verū  
sit: nō est dubiū turbatores iurisdictionis ec-  
clesiastice tales esse ac p̄dicti auctozitate cō-  
ciliū excoīs sentēcia fore ligatos. Vobis oī-  
bus et singlis districte precipim⁹ in virtute  
sctē obediēcie et sub pena suspēsiōis: q̄tin⁹ i-  
n̄ris ecclesiis singlis dieb⁹ dñicis dū missaz



Solēnia celebrātur cū maior aderit pp̄ti mlti-  
tudo vniuersos & singlos q̄ predictas ihi-  
bitiōes fecerit vel fieri mādauerit: vel ad id  
opē vel psiliū prebuerit. Et gn̄aliter oēs il-  
los qui aliquos cogering vel subditos suos  
alias ppulerit ne corā eccliaſtico iudice liti-  
garēt. vel lras curie eccliaſtici iudicis darēt  
vel reciperēt p̄dicti auctoritate psili excōica-  
tos esse studeatis publice ac itelligibilit̄ nū-  
ciare. Taliū corpa si eosdē absolutiōe super  
hoc nō obtēta obire ptigerit tradēdo nulla-  
ten⁹ eccliaſtice sepulture. Absolutionē vō p̄-  
dictā pbri & p̄fessores alii vniuersi nobis dū  
taxat exceptis ī hac dyocesi pret̄ q̄ in mortis  
articulo sibi nouerit interdictā: nec tūc absol-  
uāt nisi p̄stita de emēdēdo q̄citius potuerit  
cauciōe. Et noīa taliū pturbātiū eccliaſticā  
iurisdictionē vos p̄dicti decani et pbri cū de  
ip̄is vobis p̄stiterit nobis denūciētis. vel e-  
ciā vos pbri p̄ decanos faciatis itimari: vt  
p̄tra tales put iustū fuerit acci⁹ p̄cedat. & in  
signū mādati nr̄i a nobis diligent̄ executi si  
gilla v̄ra p̄ntibz apponatis. Datū āno dñi  
M. c. c. lxxix. die mercurii post occ̄. trinitatis:  
Sequit̄ quoddā cōsiliū prouiciale.



Statuit consiliū puiciale celebratū apud  
prioratū btē marie de prato iuxta ro-  
thom. ut sacerdotes curati et ceteri bñficiati  
quocūq; q̄ gñaliē moniti ne de cetero icedāt ī lo-  
cis publicis cucufati seu sotularibz p̄suti-  
is calciati. vel ēsibz acciti seu gladius admo-  
dū militū sup vestes. ⁊ ne min⁹ cōgruētē tō-  
surā/aut vestimēta deferāt nimia breuitate  
notāda. Ne etiā focarias seu p̄ubinas aut  
alias mulieres suspectas ī suis hēant domi-  
bz/vel ī alienis foueāt aut frequētēt. Et ne ca-  
sus audiēdo/vel examinādo p̄cessus ī curia  
sclari vel quomōlz alias exerceāt offm̄ iusti-  
cie sclaris. Ne etiā feneratorios aliosq; p̄tra-  
ct⁹ illicitos exerceāt. neq; suā ī luxus ebri-  
etatibz ⁊ p̄messatiōibz vitā ducāt: sed pie de-  
centē atq; iuste viuāt. scōm̄ can̄ s̄ctiōes. sine  
aliquo crimie p̄missoz. post gñalē monitio-  
nē de abstīnēdo penit⁹ ab eisde. qui si culpa-  
biles fuerit de p̄hēsi: sint in pena amissionis  
